

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. Annaei Senecae Tragoediae**

**Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>**

**Amstelodami, 1662**

Actus secundus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](#)

Nubibus ipsis inserta caput  
Turris pluvio vapulat Austro.  
Densaque nemus spargens umbras  
Annofa videt robora frangi. 95  
Ferunt celos fulmina colles.  
Corpora morbis majora patent:  
Et cum in pastus armenta vagos  
Vilia currant, placet in vulnus  
Maxima cervix. Quidquid in altum  
Fortuna tulit, ruitura levat.  
Modicis rebus longius ævum est.  
Felix, mediæ quisquis turbæ  
Sorte quietus,  
Aura stringit littora tuta; 100  
Timidusque mari credere cymbam,  
Remo terras propiore legit.

92. *Nubibus*] Alta, quæ caput inter nubila condit. vid. Hippol. chorum dñi. vers. 1120, qui rotus hunc choro concinit. *Farnabius*.

93. *Ferunt*] Plurimaque hujus Montium in summis vestigia cerimias ignis, lucet. 6. feriuntque summos fulmina menter. *Idem*.

94. *Corpora*] Tæ pð cæsos & ne-  
riong. vid. *Plaut.* *Bacch.* *ad* *de* *dñs* *duo* *oegzis* *Eiob.* *Soph.* *Idem*.

95. *Vilia currunt*,] *Flor.* rectius

currant; ut Delium video edidisse. *Farnabius* ante & postea omnes tenent alterum. *Gronov.* *Placet*] Eximunt ad cædem è gregè pulcherimi quæque boves. *Farnabius*.

100. *Quidquid*] Tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. *Claud.* *Idem*.

102. *Modicis*] *Moderata* durant. *Firma mediocria.* *Idem*.

103. *Turba parte quietus,*] *Adfir-*  
*mat* *Lipisanum.* *Sorte Flor.* *Gronov.*

105. *Stringit*] Radit, utque postea legit litus. *Farnabius*.

## ACTUS SECUNDUS.

### C L Y T È M N E S T R A . N U T R I X .

Sibi male conscia Clytemnestra, atque adulterii pœnas, redeunte jana marito, verita, nō nō nō statuit. meditatur itaque Agamemnoni exitium: diffundet nutrix.

Quid, segnis animie, tuta consilia expertis?  
Quid fluctuaris? clusa jam melior via est.

108. *Tuta consilia, &c.*] *Hone-*  
*nem*, deprecationem culpa, &c.  
*Farnabius*.

Licuit pudicos conjugis quondam toros,  
Et sceptra castâ vidua tutari fide.  
Perière mores, jus, decus, pietas, fides,  
Et qui redire, cum perit, nescit pudor.  
Da frena, & omnem prona nequitiam incita,  
Per scelera semper sceleribus tutum est iter.  
Tecum ipsa nunc evolve fœmineos dolos,  
Quod ulla conjux perfida, atque impos sui,  
Amore cœco; quod novercales manus  
Ausæ; quod ardens impia virgo face,  
Phasiaca fugiens regna Thesalica trabe:  
Ferrum, venena. vel Mycenæas domos  
Conjuncta socio, profuge furtiva rate.  
Quid timida loqueris furta, & exilium, & fugas?  
Soror ista fecit. te decet majus nefas.  
Nutr. Regina Danaum, & inclitum Ledæ genus,  
Quid tacita versas? quidve consilii impotens  
Tumido feroce impetus animo geris?  
Licet ipsa sileas, totus in vultu est dolor.  
Proin quidquid est, da tempus ac spatiū tibi.  
Quod ratio nequit, s̄pē sanavit mora.

130  
Clyt.

111. [Castæ fids.] Sic Ovidius lib. 7.  
met. donis que pudicum Sollicitare si-  
dem. Gronovius.

114. Ineita, ] Vultur metaphoræ ab  
equis sumpta; quos cum currere volu-  
mus, frenum illis permittimus, ut  
prono, non erecto, collo inciti evo-  
lent, falsum autem quod sequitur, sed  
persona loquenti accommodatum.  
*Delrius.*

115. Fœmineos ] Emphasis. nihil  
inaufum intentatumque relinquentes.  
*Farnabius.*

119. Ardens] Medea Iasonis amo-  
re ardens. vid. Med. & Hippol. 561.  
*Idem.*

120. Phasiaca] Colchica à Phasi-  
flu. *Idem.* Thessalica trabe:] Argo.  
vide Med. 609. *Idem.* Sic Horatius

ode 1. Cypriam trabem dixit, *Delrius*  
121. Vel Mycenæas domos ] Flor. vel  
Mycenæas domos Conjuncta socio profe-  
ge. Omnino rectius. Est enim proprium  
Seneca. Confolat ad Polybiam: con-  
spectum conversationemque suorum ci-  
vium profugit. Sic Hercule Furent:  
Profugii Vmbras Tityus. Hippolyto:  
Genus omne profugit. Gronovius.

122. Socio, ] Agistro adulterii &  
periculi socio. *Farnabius.*

124. Soror ista fecit. ] Helena soror  
mea fugit Paridem secura. *Idem.*

128. Toti+] Prodit dolorem vul-  
tus. Med. v. 444. *Idem.*

130. Quod ratio nequit, ] Flor.  
non quit. Gronov. Quodratio] Xeg-  
yḠ μελαζει, νυν δι εβασι  
κηγγ. Eurip. *Farnabius.*

131. Quan-

clyt. Majora crūciant, quam ut moras possim pati.

Flammæ medullas & cor exurunt meum.

Mistus dolori subdidit stimulos timor.

Invidia pulsat peccatus, hinc animum jugo

Premit Cupido turpis, & vinci vetat,

Et inter istas mentis obsecræ faces,

Festus quidem, & dejectus, & pessundatus

Pudor rebellat, fluctibus variis agor:

Ut cum hinc profundum ventus, hinc æstus rapit,

Incerta dubitat unda, cui cedat malo.

Proinde omisi regimen è manibus meis.

Quocunque me ira, quo dolor, quo spes feret,

Huc ire pergam. fluctibus dedimus ratem,

Ubi animus errat, optimum est casum sequi.

Nutr. Cœca est temeritas, quæ petit casum ducem. 145

clyt. Cui ultima est fortuna, quid dubiam timet?

Nutr. Tuta est, latetque culpa, si pateris, tua.

clyt. Perlucet omne regiæ vitium domus.

## Nutr.

131. *Quam ut moras possim pati.*] blot. abicit rō Vr. Itaque traejetum milit Nic Heinlius: *quam moras possim ut pati.* Interposuit enim libra tritii posteriores non ubi debebant. *Gronovius.*

133. *Dolori.*] De pellice Cassandra. Farnab. *Timor.*] Ne deprehensi adulterii ponas sumat matius. *Idem.*

135. *Cupido.*] Adulteri Ægiphili. *Idem.*

137. *Festus quidem, & dejectus, & pessundatus.*] Vtius verbis ad luctantibus. *Pessundatus, rebellat:* ut Hannibal apud Iustinam ait *cum Romano etiam facente luctandum esse.* Et Cornelius Nepos tradit Epaminondum luctando se exercuisse ad eum finem, quod stans complecti posset atque contendere. Spreto scilicet ultimo voluntarium conatu, quem adjungebant artifices. Quid igitur o. Pal. Voissianique & meus & duo Germanici, deputatis? Flor. ut ante Fabricium,

*devinctus?* An est ligatus, impeditus? & alludit ad nexus nodosque luctantium, de quibus in Diatriba ad Statium? *Gronovius.*

138. *Rebellat.*] Nec cedit honesto conjugis amori. *Farnabius.* Inimo vetrici libidini. *Gronovius.*

139. *Vt cum.*] Vtique carina, *Quam ventus premit & vento contrarius astus Vim geminam sentit, paretque incerta duobus.* *Farnabius.*

141. *Regimen.*] Clavum, gubernaculum recte rationis. *Idem.*

143. *Fluctibus dedam ratem.*] E Delli Mog. est. Prius habebatur, dedi. Sed numerosius Flor. *fluctibus dedimus ratem.* *Gronovius.*

146. *Vltima.*] In extremo, quo de terius nil potest esse. *Farnabius.*

148. *Perlucet orne.*] In omnium oculis & ore positum est. *Tanto confectius in se Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.* *Idem. Claudianus,* — te totius medio telluris in orbe Vi-

- Nutr. Piget prioris, & novum crimen struis;  
 Clyt. Res est profecto stulta, nequitiae modus. 150  
 Nutr. Quod metuit, auget, qui scelus scelere obruit.  
 Clyt. Et ferrum & ignis saepe medicinæ loco est.  
 Nutr. Extrema primo nemo tentavit loco.  
 Clyt. Rapienda rebus in malis præceps via est.  
 Nutr. At te reflectat conjugii nomen sacrum. 155  
 Clyt. Decem per annos vidua respiciam virum?  
 Nutr. Meminisse debes subolis ex illo tuæ.  
 Clyt. Evidem & jugales filia memini faces;  
 Et generum Achillem. præstitit matri fidem.  
 Nutr. Redemit illa classis immotæ moras,  
 Et maria pigro fixa languore impulit. 160  
 Clyt. Pudet, pigetque! Tyndaris cœli genus,  
 Lustrale classi Doricæ peperi caput.  
 Revolvit animus virginis thalamos meæ,  
 Quos ille dignos Pelopiam fecit domo,  
 Cum stetit ad aras ore sacrifico pater, 165

Quam

vere cognoscas, cunctis tua gentibus esse  
 Facta palam, nec posse dari regalibus  
 unquam Secretum virtutis; nam lux altissima  
 fuit Occultum nihil esse finit, late-  
 brisque per omnes. Intrat & abstrusos  
 explorat fama recessus. Delrius.

151. Quid metuit, ] Scelus, scelere  
 risque ponam. Farnabius.

152. Et ferrum ] Cauterio, canden-  
 ti ferro obfusitur cancris, gangra-  
 nis, &c. Ut redimas corpus, ferrum pa-  
 tieris & ignes. Idem.

154. Capienda rebus ] Flor. Rapien-  
 da. Simplex pro composito. Ovidius  
 de equis solis: Corripue viam. Gron.  
 Capienda ] In rebus asperis & tenuis  
 speci fortissima quoque consilia sunt  
 turissima, sed in bellicis politiciisque  
 utibile hoc, in peccando minime. Far-  
 nabius.

156. Decem] Egregius sane coniux,  
 qui me per decem annos reliquit, de  
 vidua autem vid. Hippolyt, vers. 620.  
 Idem.

158. Evidem] Et memini quo pa-  
 cto sub prætextu nupciarum cum A-  
 chille arcessierit Iphigeniam, eamque  
 immolarevit Diana. Troad. 162. Id.

159. Præstit ] Ironia. Idem.

162. Piget, pudetque! ] Solent hæ-  
 duo coniungi. Cicero pro domo: ut me  
 non solum pigeat futilitas mea, sed etiam  
 pudeat. Et pudere volunt grammatici  
 ad dedecus, pigere ad dampnum & do-  
 lorem referti. Flor. tamen: Piget do-  
 letque. Idem sequenti versu, peperca-  
 put. Omnino melius quam peperit,  
 quod vulgo. Tyndaris peperi, ut Medea  
 fugiam, ut Annibal peto pacem. Gron.  
 Tyndaris ] Ego filia Tyndati cui lup-  
 abavus. Farnabius.

163. Lustrale ] Expiativum, ven-  
 tos redimens, vid. Troad. 161. Idem.

164. Thalamos ] Modo v. 156. Id.

165. Pelopiam ] Sæva, crudeli, que  
 liberos macerare solet, ut Tantalus Pe-  
 lopem, Atreus tres Thyestis filios. Id.

166. Ores sacrilego pater,] Immo sa-  
 crifico

- Quam nuptiales? horruit Calchas suæ  
Responsa vocis, & recedentes focos.  
O scelera semper sceleribus vincens domus!  
Cruore ventos emimus, bellum nece. 170
- Nutr. Sed vela pariter mille fecerunt rates.  
Clyt. Non est soluta prospéro classis deo:  
Eject Aulis impias portu rates.  
Sic auspicatus bella, non melius gerit.  
Amore captæ captus, immotus prece, 175  
Sminthea tenuit spolia Phœbei senis,  
Ardore sacræ virginis jam tum furens.  
Non illum Achilles flexit indomitus minis;  
Non ille solus fata qui mundi videt,  
In nos fidelis augur, in captas levis; 180  
Non populus æger, & reluentes rogi.  
Inter ruentis Græciæ stragem ultimam

Sine

enficio, ut juber liber optimus. *Aeschylus*: ἔτλα δι' οὐ γνώμην πεποντός γυναῖκος. Idem: *Quam nuptiales!* quam bene (id est, per ironiam, quam non) convenientes nuptiis, quas apud me simularat. Vulgo *Quasi*. *Gronovius*.

168. *Recedentes*] *Pathos*, sic *Thyestes*. ver. 766.

174. *Cruore*] *Vid. Troad. 161. Far-nabius.*

171. *Mille*] *Quos tamen Homerius 1080, computat; Dares Phrygius 1140, Dictys 1295. Idem.*

172. *Deo:*] *Numine, vel etiam Diana, vid. Herc. Fur. 584. Idem.*

173. *Aulis*] *Bœotia portus, Græcorum statio in Troianos conjurantium. Idem.*

174. *Sic auspicatus*] *Cæde virginis filiæ imperatoris. Idem.*

175. *Amore*] *Astyromnes, Chryseidos. Troad. 222. Idem. Prece,*] *Patriis Chryse filiam redempturi. Idem.*

176. *Sminthea*] *Filiam Chryseos Sacerdotis Apollinis Sminthei, τριποδος Εγκύλος, i., mares οἰνούρη, θέση πενθερῶν, al. à Sminthe opp. Idem.*

*Spolia Phœbei ducis, ] Quantus imperator fuerit Chryses, ignoro. Num scio melius quadrare, quod est in Fl. Phœbei sensis. Agamemnon ad ipsum:*

*Μή σε, γέγρ, νριλάχτων. Gronovius.*

177. *Iam tum*] *Vt nunc rufus Cal-sandæ. Delvius.*

178. *Non illum*] *Non flexit minis, vel Achilles indomitus minis. Farnab. Indomitus ] Talem nobis Achillem Homerius ubique, & Horat. in epist. ad Pisones de arte poetica depingunt. Idem.*

179. *Ille solus*] *Calchas. εἰαροπολεμούσης αριστος Οὐδὲν τούτον τοιούτον, τὰ τούτους οὐδέποτε, μετέ τούτον. Idem.*

180. *In nos*] *Statim Agamemnoni creditus, ubi Iphigeniam Diana immolandam cecinì, quando fatetur reddendam Briseida, fidem ejus elevavit Agamemnon. Idem.*

181. *Æger,*] *Pefte laborans. notum ex Hom. Il. a. Idem. Reluentes]*

*\*ΑἽτοι τοιούτοις ναιοντοι τρεμεῖσι.* Idem.

182. *Gracia*] *Hujus Trojanæ expeditio[n]is poëta semper ita memine-*

Sine hoste victus marceret, ac Veneri vacat,

Reparatque amores: neve desertus foret

A pellice unquam barbara cœlebs torus,

185

Ablatam Achilli diligit Lyrnessida:

Nec rapere puduit è finu avulsam viri.

En Paridis hostem! nunc novum vulnus gerens

Amore Phrygiæ vatis incensus fuit:

Et post tropæa Troica, ac versum Ilium,

190

Captæ maritus remeat, & Priami gener.

Accingere, anime; bella non levia apparas:

Scelus occupandum est. pignora, quem exspectas diem?

Pelopia Phrygiæ sceptræ dum teneant nurus?

An te morantur virgines viduæ domi;

195

Patrique Orestes similis? horum te mala

Ventura moveant, turbo queis rerum imminet.

Quid misera cestas? en adest natis tuis

Furens noverca. per tuum, si aliter nequit,

Latus

runt, veluti si illi tota Græcia interfusif-

fer. Sed refragatur Artemidorus in-

quiens: μόνοι οἱ Θύεῖσι τὰν Βοώ-

τάν τὸν εἰσερχόμενον εἰς ἡλιον. In-

venerat nimis apud Homerum in

Catalogo non Τέτταρες, sed Τητ-

ητας, ut refatatur Eustathius multos

legifile, & patvi oppidi nomen esse.

Hypochebas. Tamen Iustinus lib. 28.

folios Acatanias scribit Græcis ad

Troiam non ivisse suppetatis: nec eos

in Boeotia expreflos inventio. Delius.

183. *Marces, ] In Venerem patris.*

Farnabius.

185. *Cælebs, ] Hippol. 250. Idem.*

186. *Ablatam, ] Hippodamiam Bri-*

*fei filiam per præcones Achilli auferit.*

*Idem. Diligit Brisida, ] Pro vera le-*

*ctione obtinet locum interpretatio.*

*Scribe cum optimo: Diligit Lyrnessi-*

*da. Homero Briséis, τεκνα λυρνησί-*

*δειλεις. Gronovius.*

187. *E finu vulsam viri, ] Erruscus:*

*è finu avulsam viri. Ut in Medea: iam*

*jam meo rapientur avusi è finu. Idem.*

*Viri, ] Achillis fortis, vel illam mari-*

*tali amore tenentis. Farnabius.*

188. *En Paridu, ] En pulchrum adul-*

*terii vindicem. Iron. Idem.*

189. *Phrygia, ] Caffandria, seu Ale-*

*xandriæ. vid. Troad. 34. & 966. Idem.*

*Furit, ] Eleganter διεγενηθεται va-*

*tiis furor. Idem.*

190. *Tropæa, ] Troad. vers. 147.*

*Idem.*

193. *Scelus, ] Antequam meum ul-*

*ciscatur adulterium Agamemnon, ego*

*illius. Thyest. 203. Herc. Oct. 435. Id.*

194. *Phrygia, ] Caffandra. plural.*

*indigner profingulari. ut Theb. 368.*

*Med. 1005. Idem.*

195. *An te, ] An filiarum innupta-*

*rum Electra, Chrysóthemidos, La-*

*rides, & Iphianassa filijque causa vin-*

*ditâ abstines? imo horum gratia ma-*

*gis perfice, ne quid gravius patiantur*

*ista superinducta noverca, eaque ca-*

*ptiva furore vaticinii percita. Hip-*

*pol. 602. Idem.*

199. *Si aliud nequit, ] Quod ha-*

*buerunt*

Latus exigatur ensis, & perimat duos.  
Misce cruorem, perde pereundo virum.  
Mors misera non est, commori cum quo velis.  
Natr. Regina, frena temet, & siste impetum;  
Et quanta tentes, cogita, victor venit  
Asia ferocis, ultor Europæ: trahit  
Captiva Pergama, & diu viëtos Phrygas:  
Hunc fraude nunc conaris & furto aggredi?  
Quem non Achilles ense violavit fero,  
Quamvis procacem torvus armasset manum.  
Non melior Ajax, morte decreta furens;  
Non sola Danaïs Hector & bello mora;  
Non tela Paridis certa; non Memnon niger;  
Non Xanthus armis corpora immisisti gerens,  
Fluctusque Simois cæde purpureos agens,

buerunt olim editi, quod unus Pal,  
quodque cæterorum, non sane optimorum,  
conspiratione sublatum est,  
saliter nequit, id verum fuissè testa-  
tur antiquissimus Florentinus. *Gron.*  
202. *Mors miseris non est,* ] Cum  
illo, quem pertire exepis, mori. Helen-  
en, οὐθὲνειν μὲν ἔτειος. *Farnab.*  
Valer. Maximus, lib. 6. cap. 8. *Le-*  
*vique vulnera à Tholefino, cum quo com-*  
*moni definaverat, perfrictum, &c.*  
pudicari nobis inverterat, commori qui  
cum velis: eleganter quidem, si ferent  
codd. scripti. *Gruterus.*

204. *Victor*] Agamemnon, cui hæc  
mediatis, redi vîctor. *Farnabius.*

205. *Asia*] Troia in Asia minori.  
vid. Troad. vers. 4. *Idem. Europa:* ]  
Injuria illata Græcia, quæ in Europa.  
*Idem.*

206. *Captiva*] Reliquias Troiæ, ca-  
pivas. *Diu viëtos*] Diutino, lento,  
decennali bello. *Farnabius.*

207. *Furto*] Claudeliniis insidiis.  
Al. conaris insana aggredi? *Idem.*

208. *Quem non Achilles?* Homerus  
Iliad. a. narrat Achillem gladium  
stinxisse, ut Agamemnonem occide.

ret. sed Palladis interventu se absti-  
nuisse: quo monemur iram ratione  
temperare. *Delrius.*

209. *Procacem*] Cædis & vindictæ  
immodice appetentes. Procari enim  
immodicat immodicæ & impudenter pe-  
tere. *Farnabius.*

210. *Melior Ajax*] Telamonius,  
non Οἰλὺς, ταχὺς, Αἴος μειώ.  
*Idem. Morte*] Deliberata morte ex  
pudore carorum à se pecorum per in-  
faniam, qua correptus est propter ad-  
judicata Vlyssi ab Agamemnono &  
proceribus Achillis arma. *Idem. Fu-*  
*reneris:*] Vide Sophoclem σὺ τῷ μεγά-  
τῷ Φόρῳ, & Ovidium 13. Metamorph.  
*Delrius.*

211. *Sola*] Troad. 31. & 121. *Farn.*

212. *Non tela*] Nec tela Paridis  
certa, quia ab Apolline directa in  
Achillem, (Troad. 345.) violaverunt.  
*Idem. Memnon*] Memnoni Äthiops,  
vid. Troad. v. 10. *Idem.*

213. *Xanthus*] Ως οἵπ' Αχέλαιος  
Σάνχος Βαθυδιπέντε Πλητορόφος  
κελασσύ επιμεῖς ιππων τε καὶ αὐ-  
δρῶν. Il. Φ. *Idem.*

214. *Fluctusque*] Quem neque qui

Non nivea proles Cycnus æquorei dei;  
Non bellicoso Thressa cum Rheso phalanx;  
Non piæta pharetras, & securigerâ manu  
Peltata Amazon; hunc domi reducem paras  
Maëtare, & aras cæde maculare impiâ?  
Victrix inultum Græcia hoc facinus feret? . 220  
Equos & arma, classibusque horrens fretum  
Propone, & alto sanguine exundans solum,  
Et tota captæ fata Dardanis domus  
Regesta Danais. comprise affectus truces,  
Mentemque tibimet ipsa pacifica tuam. . 225

215

220

225

\* AE G I-

*tot Simois correpta sub undis Scuta vitrum galeasque & fortia corpora volvit, violavit. Farnabius.*

215. *Nivea*] Troad. v. 181. *Idem.*  
*Æquorei Dei*] Neptuni; additum ad differentiam alterius Cygni, Martis filii, ab Hercule superari. *Deltrius.*

216. *Non bellicoso Thressa cum Rheso*] Troad. verf. 8. *Farnabius.* Vide Rhesum tragediam incerti auctoris, quæ vulgo perperam Euripiði ascribitur, & nos vulgus secuti sic eam scepitavimus, & Homerum Iliad. x. *Deltrius.* Qui ad ammen sui nominis fuit interfectus, in quem etiam se uxor Arganthona, desiderio mariti proicit. Vide Parthenium Narration, suarum cap. ult. *Idem.*

217. *Pelta*] Non Penthesilea, quæ Dicit *Amañidum Lunatis agmina peltis, & a sa securigeris dextris & piæta pharetras.* Med. 214. est autem pelta levatum in folium hederaceum formatum. *Farnabius.*

219. *Peltata Amazon;*] Peltam sic describit Pierius Hieroglyph. lib. 42. ut circulus descriptus linea diametrali dissecetur: pars altera, quantum cubiti, manusque ministerio deserviat, relinquatur: altera duobus à lateri-

bus excavatur: ita ut in medio spatiū sit insertando brachio, cuius hoc sit propugnaculum. extrema ad scutis marginem lunentur in cornua. Orbis illi duo hinc inde exempti, insertanda si opus sit hastæ, alter commodus, alter ad inspetandum inferviat. Consule Q. Smyrnaeum, quem non vulgus tantum, sed & doctiores nonnulli Q. Calabrum appellant, non bene. *Deltrius.* Hunc] Talem post tot tantisque res gestas strenue reducem. *Farnabius.*

220. *Vltrix inultum*] Flor. *Victrix inultum.* Nec videtur puerile polypohton captatio Seneca. *Gronovius.*

224. *Regesta Danais*] Interpretantur reportata in Græciam in vindictam raptae unius Helenæ. Tu intellige, exempla, quæ in Troiam statua sunt, eadem expedita & recatura in Argivis ab aliis Græcis per vindictam Agamemnonis, si occidatur. Minæ sunt, non preces. Cogita, inquit, non egregia Agamemnonis facinora, ut interpres, sed equis & viris & velis vos petitus iri. Sic & sanguine exundans solum, non Troianum, sed Mycenæum exundaturum perinde, ut Troianum. Cassandra infat, fata, se vertunt retro. *Idem.*

\* AE G I-

ÆGISTHUS. CLYTÆMNESTRA. NUTRIX.

Clytemnestram nutricis consiliis cedere paratam, jamque dubiam superveniens Agisthus avertit rursus atque in præceps trahit.

*Egijth.* Quod tempus animo semper ac mente horruis,  
Adest profecto rebus extremum meis.

Quid terga vertis, anime? quid primo impetu  
Deponis arma? crede perniciem tibi,  
Et dira fævos fata moliri deos.

Oppone cunctis vile suppliciis caput,  
Ferrumque & ignes pectore adverso excipe.

clyt. Ægisthe, non est poena sic nato mori.

*Ægisth.* Tu nos pericli socia, tu Ledâ sata

Comitare tantum : sanguinem reddet tibi  
Ignavus iste duxtor , ac fortis pater.

Sed quid trementes circuit pallor genas,  
Iacensque vultus languido obtutu stupet?

**Clyt.** Amor jugalis vincit, ac flectit retr  
Referamur illuc, unde non decuit prius

230

239

240

Abiree-

\* *ÆGISTHVS. CLYTÆM-  
NESTR A.] Flor. addit, NVTRIX.  
ut intelligatur κωφὸν adstare περιο-  
πον.* Gronovius.

232. *Adverso*] Opposito, omnia  
pius tentante quam timide cedas, ver-  
itasque terga. *Farnabius*.

233. Mori. J. Ex incerto nato. Iup.  
vcl. 30. Idem. Tacitus 6. ann. If-  
dem diebus Sex Papinius consulari fa-  
milia repentinum & informem exitum  
delegit, factio in praeceps corpore. Causa ad  
matrem referrebatur, que pridem repu-  
diata, aduenturibus atque luxu per-  
pullit, juventem ad ea, quorum effugium  
nunquam morte inveniret.

234. *Leda*] Hipp. 300. &c supra  
vers. 160. *Farnabius.*

235. *Comitare tantum:*] Verba male ominata. Sentit ille quidem , ne defere me , sed fida mane socia in eo quod molior. Verum possunt referri

ad priora, quasi eam comitem mortis optet, quod postea accidit: simul enim ambo perenni Orester. *Gronovius.* Tantum ] Refer ad *comitare*. vel tan- tum sanguinem, quantum fuit filia, non reddet. *Commel.* *Sanguinem*] San- guine suo repender sanguinem filia- tui Iphigenia ab illo cæsa, Troad. 161. *Farnabius.*

236. *Ignarus*] Quia ipse dux licet  
ducum per se nihil gesit fortius. οὐδὲ  
ποτὶ εἰς πόλεμον ἀγε λαὸς θωρακ-  
ῶνας τετληκε, amorphis folium in-  
dulgens. *Idem. Fortis*] In filia immo-  
landa. *Idem.*

240. *Remeemus illuc, ] Flor. Refemus.* Scribendum: *Referamus illuc,* Sequenti quoque verbis dubitante. Alii, sic nunc: alii, sed nunc. Verum in optimo: *Vel nunc casta repetatur fides.* Vt in Phenensis: *quam tanti est mihi Genuisse vel sic.* Et in Medeca: *pro me vel*

Abire: vel nunc casta repetatur fides.

Nam sera nūquām est ad bonos mores via.

Quem pœniter peccasse, pœne est innocens.

*Ægisth.* Quo raperis amens? credis aut speras tibi

Agamemnonis fidele conjugium? ut nihil

Subeflet animo, quod graves faceret metus;

Tamen superba & impotens flatu nimis

Fortuna magno spiritus tumidos daret.

Gravis ille sociis stante adhuc Troia fuit.

Quid rere ad animum suapte natura trucem,

Troiam addidisse? rex Mycenarum fuit.

Veniet tyrannus. prospera animos efferunt.

Effusa circa pellicum quanto venit

Turba apparatu! sola sed turba eminet,

Tenetque regem famula veridici Dei.

Feresne thalami viæta confortem tui?

Atilla nolet. ultimum est nuptæ malum,

Palam mariti possidens pellex domum.

245

255

Nec

*scelus.* Vides nexum orationis, quem in utroque altero merito sibi displicere notat Gruterus. *Gronovius.*

245. *Venihil*] Fac te castam esse, nec adulterii consciac supplicium metue. *Farnabius.*

249. *Gravis*] Quod exprobret δημόσιον βασιλεῖ Achilles Il. a. Idem. Cicero lib. 4. fam. 9. *An qui in bello, cum omnium nostrum conjunctum esse periculum suo cerneret, certorum hominum minime prudentium consilio uteretur; cum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisse?*

251. *Troiam*] Troia casum. *Farn.*

254. *Sola sed longe eminet, Tenetque regnum*] Flor. *sola sed turba eminet, Tenetque regem, Regnum à solo codice est Lipsiano.* Delius dissimilat. Gruterus, quod mirum, admisit contra suos omnes, ob similem locum Tiburli. Et certe non incommode dicitur.

Sed juxta tenerum est alterum. Regem in potestate habet. Affinia sunt illud Iustini lib. 12. suis permisit, si quarum captivorum confuetudine tenerentur, duce uxores. Et Suetonii in Tiberio: cum & Agrippina confuetudine teneretur, & Iulia mores improbarer. Tò turba etiam habuit Lipsianus, sed non loco possum. Sic enim ille: turbas longe eminet: dannante versu. *Gronovius.*

255. *Tenetque*] Imperataque Cassandra vates Apollinis. *Farnabius.*

257. *At illa*] Quod si tu poteris volere, illa nolet, te itaque tollere tenabit. *Idem.*

258. *Mariti possidens pellex domum, Flor. Palam marita.* Vide probabiliter Nic. Heinlius: *Palam mari tam possidens pellex domum. Demus marita, in qua sint justi conuges.* Horatius: *prolisque nova feraci lege marita.* *Gronovius.*

259. Nec

Nec regna solum ferre, nec te dæ sciunt.

Clyt. Egisthe, quid me rursus in præcepis rapis, 260

Iramque flammis jam residentem incitas?

Permitit aliquid vixor in captas sibi:

Nec conjugem hoc respicere, nec dominam decet.

Lex alia solio est, alia privato in toro.

Quid quod severas ferre me leges viro 265

Non patitur animus turpis admissi memor?

Det ille veniam facile, cui venia est opus.

Egisth. Ita est. pacisci mutuam veniam licet.

Ignota tibi sunt jura regnorum aut nova.

Nobis maligni judices, æqui sibi,

270

Id esse regni maximum pignus putant,

Si quidquid aliis non licet, solis licet.

Clyt. Ignovit Helenæ juncta Menelao redit,

Quæ Europam & Asiam paribus afflixit malis.

Egisth. Sed nulla Atriden Venere furtiva abstulit, 275

Nec

259. Nec regna ] Non capiunt dominos regna Venerisque duos. Farnabius.

260. Rursus in præcepis rapis, ] Flor. in præcepis agu. Gronovius.

261. Iam residentem excitas? ] Quod Cornelius ait in omnibus suis & in Mog. Deltius, incitas, nos vidimus in Flor. Vossiano & aliis. Quod autem statim Deltius in omnibus suis constanter legi ait: Non conjugem hoc respicere, non: Flor. cum vett. edd. Nec conjugem hoc respicere, nec dominam decet. Sequenti adjicit præpositionem: alia privato in toro. Idem.

262. Permitit ] Fac Agam. vietorem sibi aliquid indulsis in captivas. Farnabius.

263. Dominam ] Matrem familias, Donna. Lacones autem uxores suas κυρίας vocabant, Thessali δεσμοίριας, illæ vicissim maritos κυρίες & διατόνες dominos. Idem.

264. Lex alia solio ] Regibus, qui bus plerumque, quot liber, concubinas habere licet. Idem.

267. Det ille] Iniquum est, ut coniux à conjugé fidem à se non præstamt exigit. Idem.

268. Ita est.] Ironia. Idem.

269. Iura regnorum hæd nova. ] Non patitur hic Guterus nonnullorum aut. Id tamen est in Florentino. Quamquam hæc duo vocabula tam frequenter in libris antiquis confundantur, ut, utrum stare debeat, sèpius ex sensu, quam ex fide librorum, sit iudicandum. Cicero jungere solet, Novum & iniustatum, novum & inauditum, novum & inopinatum. Tu sola hæc nefcis, aut omnino & omnibus nova sunt. Gronovius.

271. Pignus] Prærogativam. Farn.

274. Europam] Intelligit Graciam, quæ in Europa. Suprà vers. 205. Id.

275. Sed nulla Atridem ] Florent. Atriden, Gronov. Sed nullius concubinae amor animum Menelai ab Helena alienavit, ut Cassandra pellicis amor Agamemnonis animum à te. Farnabius.

277. Ille ]

Nec cepit animum conjugi obstrictum suæ.

Jam crimen ille querit, & causas parat.

Nil esse crede turpe commissum tibi.

Quid honesta prodest vita, flagitio vacans,

Ubi dominus odit? fit nocens, non queritur.

280

Spartamne repetes spreta, & Eurotan tuum,

Patriasque sedes profuga? non dant exitum

Repudiâ regum. spe metum falsâ levas.

Clyt. Delicta novit nemo, nisi fidus, mea.

Ægiph. Non intrat unquam regium limen fides.

285

Clyt. Opibus merebor, ut fidem pretio obligem.

Ægiph. Pretio parata, vincitur pretio fides.

Clyt. Surgit residuus pristinæ mentis pudor.

Quid obstrepis? quid voce blandiloquâ mala

Consilia dictas? scilicet nubet tibi

290

### Regum

277. Ille] Agamemnon. Farnab.

Causas] Propter quas te de medio

tollat, quo liberius fruatur pellice. Id.

Immio divortii. Plauus Menach. a.4.

scen. 6. Vxor viro si clam domo egressa

est foras, Viro sit causa, exigitur matrimoni.

Cicero Philip. 2. mimam illam

fiuas res fui habeve justis, ex XII. tabu-

liu causam addidit, exegit. Hoc igitur

proprie nunc tantum dicit, et si posse

significet ex hoc alterum sequi. Gron.

278. Nilesse] Ut supta vers. 243.

Farnabius.

279. Flagitio carens, ] Flor. flagitio  
vacans. Gronovius.

280. Fit nocens, ] Non inquiritur  
nocensne quis sit necne, sed pro no-  
cente damnatur, quemcunque rex odit.

Farnabius.

281. Spartamne] Nec spera te repu-  
diatam petituram patriam tuam Spar-  
tam; repudiatas enim uxores non si-  
nunt reges abire, verum eas necandas  
curant. Idem. Spreta, & à tanto vi-  
ro, ] Quis hic vitium subesse suspic-  
tus est? Tamen si consideres, quam  
languidum est illud magnam præfe-  
rens vim, à tanto viro? En exem-

plum nobile, quomodo soliti sint libri  
corrumphi. Optimus liber habet, spre-  
ta & euro tantum. Inde fecerunt qui-

dam: & à viro tanto: quod nos in

quibusdam etiam scriptis vidimus.

Accesit corrector alter, legum carni-

nis paullo guarior, & transpositis du-

abus vocibus expatravit, quod adhuc

semper editum fuit. At ex antiquissi-

ma scriptura faciendum fuit: Spar-

tamne repetes spreta & Eurotan tuum?

Habes hinc una litera addita, quicquid

ia fidissimo libro fuit, & sensum ege-

gium. Gronovius.

284. Delicta] Adulterio meo con-  
sciens est nemo præter quandam fide-  
lem, qui celabit, unde non est cur su-  
giari. Farnabius.

285. Opibus] Muneribus. Idem.  
Vide nostra de pecunia vetere lib. 4.  
cap. 4. Gronovius.

288. Surgit] Statui autem ad me-  
liorem vitam me recipere, refocillan-  
tur enim mihi in animo scintillulæ  
quædam pristini pudoris. Farnabius.

290. Scilicet nubet tibi] Voffla-  
nus, nubam. Et hoc margini adscripto-  
rat Grotius. Gronov. Scilicet Egone

Ag-

Regum relicto rege, generosa exuli?  
 Ægisth. Et cur Atrida videor inferior tibi,  
 Gnatus Thyestæ? Clyt. Si parum est, adde & nepos.  
 Ægisth. Auctore Phœbo gignor. haud generis pudet.  
 Clyt. Phœbum nefandæ stirpis auctorem vocas, 295  
 Quem nocte subitâ frena revocantem sua  
 Cœlo expulisti? quid deos probro advocas,  
 Surripere doctus fraude geniales toros,  
 Quem Venere tantum scimus illicitâ virum,  
 Faceſſe propere, ac dedecus claræ domus 300  
 Asporta ab oculis. hæc vacat regi ac viro.  
 Ægisth. Exilia mihi sunt haud nova. assuevi malis.  
 Si tu imperas, regina, non tantum domo  
 Argifve cedo: nil moror jufu tuo  
 Aperire ferro pectus ærumnis grave. 305  
 Clyt. Siquidem hoc cruenta Tyndaris fieri sinam?

Quæ

Agamemnōne relicto nubam tibi exuli  
 & ejecto? unde & nomen illi quod  
 ejectus, à capella nutritetur. Farnabius.

292. Atrida] Atrei filio, qui Thyestæ frater. Idem.

293. Natus Thyestæ? Clyt. Si parum] Flor. Gnatus Thyestæ. Nec aliter posterior vox potest etiam, ut id debet, referri ad id quod sequitur, nepos. Itaque & sic ad marginem illustris manus. Gronov. Si parum] Nec filius tantum, sed & nepos Thyestæ es, te quippe è filia genit. Farnabius.

294. Auctore Phœbo] Thyestæ redditum erat oraculum, quem ex Pelopœia filia suaigneret, illum at Atreus penas exacturum, ideo filiam suam comprefcit, eaque illi Ægisthum peperit. Vide Higynum in fabulis. Detinus.

295. Quem nocte] Reducentem currit, ne videret nefundam patris tui cenam. Thyest. vers. 774. Farnab.

297. Quid deos probro advocas,] Fl. quid deos probro addimus? Hippolyt.

Titulum furori numinis falsi addidit.  
 Gronovius.

298. Surripere doctus fraude] Vi-  
 deatur eleganter dictum, quasi furto in-  
 vadere conjugalem lectum. Et nota  
 sunt furta Iovis. Sophocles Eleætra:  
 τέτης τοῖς Δίνας ἵπποις πάρεστεροις.  
 Florent. tamen: Sub rupe reducitus fi-  
 genialis toro. Vtrum erravit scriptor,  
 an forte fuit: Subreptæ ausus fraude  
 geniali toro. Idem. Surripere] Nu-  
 pitalies toros violare doctus à patre  
 tuo, qui Atreï fratris sui uxorem cor-  
 ruptus. Farnabius.

300. Secede propere, dedecus] Flor.  
 Faceſſe propere ac dedecus nostra domus.  
 Gronovius.

301. Hec vacat regi ac viro.] Flor.  
 torque alii: hec vacat regia viro. Neu-  
 trum placet. Conjiciebam: regia hac  
 pateat viro. Idem.

306. Siquidem ] Misere labacit  
 Clytemnest. Vel jam simulatas iras  
 fraudesque aperit. Farnab. Cruenta] In tantum crudelis ero ut hoc fieri si-  
 nam? non patiar, &c. Idem.

307. Quæ

*Quæ juncta peccat, debet & culpæ fidem.*

*Secede mecum potius, ut rerum statum*

*Dubium ac minacem juncta consilia explicitent.*

307. *Quæ invita peccat,*] Hoc Gruterus fateatur se non capere, nec juvare MSS. quorum unus apud Delrium, *Quæ juncta peccat*, ipsi placens, non sibi. Mavult, *Quæ inulta*: sed & hoc valde coactum, immo nimis, ipse di-

cit. Immo nihil vetius, quam scripsisse Senecam: *Quæ juncta*: vel si conjectura mera fuisset. Cyprianus de lapis: *tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminum jungimur.* Gronovius.

### CHORUS ARGIVARUM.

*Chorus è virginibus Mycenais, & Argivis canit Apollinis Pœana ob partam victoriam, interserit autem Iunoni, Minervæ & Iovi lantes suas.*

**C**anite, ô pubes inclita, Phœbum:

Tibi festa caput turba coronat:

Tibi virgineas laurum quatiens

De more comas innuba fundit

Stirps Inachia. tu quoque nostros

Thebais hospes comitare choros,

Quæque Erafini gelidos fontes,

310. *Canite,*] Carmine laudate Phœbum. *Farnabius.*

311. *Coronat.*] Videlicet ex lauro, nam fuit hoc in Apollinis sacris sollemnem. *Delrius.*

312. *Laurum*] Apollini sacram. Vide Oedip. verf. 16. *Gronovius.*

314. *Stirps Inachia.*] Inachi genus, virginis Argivæ. *Farnabius.* Melissus hiatus volebat sequi post illud *Stirps Inachia*, alteramque pausam incipere ab *Tu quoque*, &c. Idem quoque fieri cupiebat vers. 323, post *Phœbe relaxa*; nec non vers. 356, post *Nata Tonantis*, denique vers. 377, post *Fleibile faxum*. Et vero si attendamus nexui sententiarum ac numerorum, alia illa versuum dispositio introducenda est. *Gruterus.*

315. *Thebana manus comitare choros,*] Quid in hac lectione reprehendendum sit, non assèquuntur se aiunt. Diccam. Hoc ipsum, quod ab optimorum codicum fide discedit. *Flor. Thebæi*

Quæhoffer: ut & Lipsiensis, Chorus Argivarum vult sibi jungi Thebaides. Sed Farnabio placet neutrum: neque enim hic locum esse Thebanis, qui non sint ad Troiam profecti, & ideo non fuerint participes latitiae in viictoria. At non huic respicit auтор: sed sine deleatu invitati facit peregrinas, quæ escent Argis, ad celebrandum solennem ipsius diem. Sic solebat. Livius lib. 4. *Speculum comitate hospitii, in quam publice consenserant, advenis gratius fuit.* Sic apud Euripidem in Electra. Argisthus sacrificatus invitatis ignoratum Orestem pro Thebalo hospite. Νωρὶς παρ' ἡγεῖν τετραστίχοις ἐργάζονται θρέψας τούτην τὸ βεβοταῖον Νομόφους. Illud mirum, his appellari Thebanas, hic & dein vers. 316. queque virenti Tacitum ripa bibi Imenon. Ni si altero Beotiorum generauim intelligamus. *Gronovius.*

316. *Quæque Erafini*] Quomodo possunt

Quæque Eurotam, quæque virenti  
Tacitum ripa bibis Ismenon,  
Quam fatorum præscia Manto  
Sata Tiresia Latonigenas 320  
Monuit sacris celebrare deos.  
Arcus vñctor pace relata,  
Phœbe, relaxa;  
Humeroque graves levibus telis  
Pone pharetras; resonetque manus 325  
Pulsa citata vocale chelys.  
Nil acre velim,  
Magnumque modis intonet altis:  
Sed quale soles leviore lyra  
Flectere carmen simplex; lusus 330  
Cum docta tuos Musa recenset.  
Licit & chorda graviore sones,

## Quale

possunt Argis, & quidem mulieres, cum  
Erasinum sine alia descriptione nomi-  
nant, aliud intelligere, quam quem vi-  
debant ante oculos? Quemadmodum  
nos cum Salam dicimus, nostrum di-  
cimus, non qui in Germania est, aut  
apud Sueones. Strabo post com-  
memoratum Inachum lib. 8. Απόστολος Εργατῶν Καὶ τὸν Αργεῖον  
est. Fontes erant in Arcadia, exitus  
in Argolide. Arcades igitur intellige.  
Aeant in Atticam cum Attico suo  
Erasino. *Gronovius.*

317. *Eurotam.*] Laconia fl. *Farn.*  
Eurotas Lelegis N. Miletii F.; cum in  
Laconia stagnante in campis aquam,  
alveo facta in mare deduxisset, quod  
fuit aquarum reliquum in justi amnis  
morem defluens, de suo nomine nun-  
cupavit Eurotam, Pausan. in Laconic.  
*Delrius.*

318. *Ismenon.*] Herc. Fur. v. 333.  
*Farnabius.*

319. *Quam fatorum.*] Hunc locum  
explicat illud Ovid. 6. Metam. unde  
sumpsum noster: *Nam sata Tiresia ven-*

*turi præscia Manto Per medias fuerat*  
*divino concita motu Vaticinata vias: If-*  
*menides ite frequentes, Et date Latona,*  
*Latonigenisque duobus. Cum prece thu-*  
*ra pia lauroque innectite crinem, &c.*  
*Idem.*

322. *Vñctor.*] Laomedontea perfis-  
dia ultor. *Idem.*

323. *Relaxa;*] Quandoam citharam  
tacentem Suscitat Musam, neque scimus  
arcum Tendat Apollo. *Idem.*

327. *Nil acre.*] Nihil bellicum, nil  
grande quale ubi vates afflato conci-  
tas, sed pænula tatum, quale canebas  
parta ad diis victoria degigantibus. *Id.*

229. *Lyra.*] Lyram, citharam, che-  
lyn, barbitum, & phormingem solete  
confundi assentior, Polluci, Suidæ,  
Guarino, Budæ & aliis, & colligitur  
ex Homero in hymn. Mercurii &  
Odyssi 8. Martiano libro ult. & aliis.  
Sed tamen illi oportet mihi vicissim  
assentiantur, proprie loquendo esse di-  
versa, nam ille ipse Martianus eodem  
lib. ult. aperte chelyn à barbito, &c à  
tetrachordo distinxit. *Idem.*

333. *Ti-*

Quale canebas cum Titanas  
 Fulmine vīctos videre dei,  
 Vel cum montes montibus altis  
 Superimpositi struxere gradus 335  
 Trucibus monstris. stetit imposta  
 Pelion Ossa. pinifer ambos  
 Pressit Olympus.  
 Ades, ô, magni soror & conjux,  
 Consors sceptri, regia Iuno : 340  
 Tua te colimus turba Mycenæ :  
 Tu sollicitum supplexque tui  
 Numinis Argos sola tueris;  
 Tu bella manu pacemque regis :  
 Tu nunc lauros Agamemnonias 345  
 Accipe vītrix.  
 Tibi multiforâ tibia buxo  
 Solenne canit. tibi fila movent  
 Docta puellæ carmine molli.  
 Tibi votivam matres Graiae 350

Lam-

333. *Titanes*] Vide Hercul. Fur. verſ. 970. & Troad. verſ. 827. *Farn.*  
 334. *Fulmine misso frēgere dei.*] Li-  
 phianalegio, *Fulmine vīctos videre dei*,  
 quam nemo postea mentione dignam  
 habuit, confirmatur à Flotentino. Si  
 nihil est corrīendum, nisi quod ferri  
 non poteſt, cur ex auctoritate libro-  
 rum tam multa sustulerunt ipſi, qua  
 ferri posent? & hoc ſolum ctimine  
 arguebantur, quod nova eſſent. Nec  
 vero opinio[n] ante vīctoriam cecinit  
 Phœbus. *Gronovius.*

338. *Pelion Oſſa.*] Virgil. Georg. 1.  
 Ter ſunt conati imponere Petio Oſſam  
 Scilicet, atque Oſſa frondofum involvere  
 Olympum. Ovidius Metamorph. 1.  
 Tum pater omnipotens: misso perfregit  
 Olympum Fulmine, & excufit ſulfe-  
 ctum Pelion Oſſa. Delrius.

342. *Tua te*] Ἡρῷ γδ πολὺ φιλ-  
 τυτεῖ εἰς πόλην Ἀρ[Γ]ο[ν] τε Σπάρ-

πτε, καὶ δύρων γυμναὶ Μυκῆν. *Farn.*  
 344. *Argos*] Creditur Argis nata,  
 unde & Ἀργεία dicitur Iuno. In In-  
 nouū honorem dicit *ιππόθεος* Ἀρ[Γ]ο[ν]  
 dite que Mycenæ. Idem.

345. *Tubella*] Namque & Iunoni  
 τεργωτία non fecus ac Iovi erigebant  
 ſpolia, canebatur Paean (qui tamen  
 primo & proprie Apollini debetur) ut  
 cuius beneficio converſi hostes, para  
 vīctoria. Idem.

348. *Multiforâ tibia*] Ovidius:  
 Longaque multifori delectat tibia buxi,  
 multifori tibia, quæ multa haberfora-  
 mina. Apuleius in Floridis, multifor-  
 atiles tibias dixit. Hartum inventio-  
 nem. Ostredi tribuit Scaliger in arte  
 poëtica. *Delrius.*

349. *Fila*] Fides, chordas, quæ ex  
 ξορδαῖς, id est, intestinis concordis.  
 alii tamen à corde deducunt minus re-  
 ecte. *Farnakius.*

352. Lam-

Lampada jactant. ad tua conjux  
Candida tauri delubra cadit,  
Nescia aratri, nullo collum  
Signata jugo.

335

Tuque ô magni nata Tonantis  
Inclita Pallas, quæ Dardanias  
Sæpe petisti cuſpide turreſ:  
Te permifto matrona minor  
Majorque choro colit, & referat  
Veniente dea templa ſacerdos:  
Tibi nexilibus Turba coronis  
Redimita venit.  
Tibi grandævi laſſique fenes  
Compte voto reddunt grates  
Libantque manu vina trementi.  
Ette Triviam nota memores

340

345

350

## Voce

352. *Lampada jactant.*] Ut in Her-  
cili. Furent: Eleufin tacita jactabitis-  
ſes, &c in Hippolito: Iactare tacitis  
incisias ſacris faces. Laſtantius lib. i.  
cap. 21. ieciro ſacra ejus ardentiū te-  
dandum jactatione celebrantur. Λαζ-  
τανδροὶ ἐργεῖα, quam hic applicant,  
nihil ad rhombum. Ea virorum certa-  
menerat: hic matres jactare faces illas  
dicuntur. Illa Panathenæis, Vulca-  
nibus ſive Hephaſtiis & Prometheis ce-  
lebrabantur: hac potius ſimilis eft quin-  
to Eleutheriotorum diei, quæ & Λαζ-  
τανδροὶ ηγέρει dicebatur, qua matro-  
nes foliæ cum facibus incidentes repræ-  
ſentabant Cererem errantem in qua-  
renda Proſerpina. Ejusmodi ſeffum  
Iunoni Argivæ matronas egiffè ſingit  
Seneca; ut apud ſtatiū Iunoni Argi-  
va ferunt peplus, quod Athenis ſiebat  
Minervæ. Gronov. *Lampada*] Λαζ-  
τανδροὶ ἐργεῖα ( à Petri acceptam )  
Atheniensis in festis Panathenaicis,  
Hephaſtiis & Prometheis exercebant  
( Vulcano enim & Prometheus ex ope  
Minerva inventum ignem ferunt )  
prius quidem Eleufin, poſtea ex Aca-

demia Athenas accensam gestantes  
lampada currentes certabant, quis pri-  
mum ad metam perveniret non extin-  
cta lampade, quandoque & defatigatus  
lampada alteri tradebat. Vide Herc.  
Fur. verf. 86. Farnab. *Conjux*] Iu-  
vencia nivea, injugis. Idem.

356. *Nata*] E Iovis cerebro nata.  
Idem.

357. *Quæ Dardanias*] Namque  
Omnis ſpes Danaum & capti fiducia  
belli Palladii auxilio ſemper fetit. Id.

359. *Minor*] Omnis ætatis, junior,  
ſeniorque. Idem.

362. *Nexilibus*] Plectilibus, quæ ē  
ramulis ( hic oleaginis utpore Palla-  
diis) innectebantur plectebanturve, un-  
de dictæ. ut ſerta, à ferendo, ſutiles  
quæ ē floribus mero imprimis roſa-  
rum folio conſuebantur; paſtiles, quæ  
in torulo rotundo pangebantur. Id.

367. *Et te, Trivia, grata memores*]  
Florent. *Et te Triviam nota memores.*  
Quod videtur mutatſe, qui putarent  
accuſativum caſum illic locum non  
habere. Sed falſi. Infrā: *Et te ſororens*  
*cuncta pollentis viri, Argolica Iuno.*

M m Troadi-

Voce precamur. Tu maternam  
Sistere Delon, Lucina, jubes  
Huc atque illuc prius errantem  
Cyclada ventis. nunc jam stabilis  
Fixa terras radice tenet;  
Respuit auras; religatque rates  
Afflueta sequi. Tu Tantalidos  
Funera matris viætrix numeras.  
Stat nunc Sipyli vertice summo  
Flebile faxum,  
Et adhuc lacrimas marmora fundunt  
Antiqua novas.  
Colit impense fœmina virque  
Numen geminum. tuque ante omnes

370

375

380

Pater

Troadibus: Testor deorum numen ad-  
versum mihi, Patriaque cineres, teque  
rectorem Phrygum. Medes: Compre-  
cor vulgus silentum vosque ferales deos.  
Hercule Furent: Fusomne mundi, te-  
que dominantem precor Regno capaci.  
Eupides: Σὲ τὸν οὐεβαρόν γῆ  
ποσὶ θυερδόλινον Μύδειαν εἶπον  
τοσὲ γῆς ἐξ περγῆ Φυγάδει. No-  
ta, significat affluitatem colendi.  
Memores vero idem quod grati. Ovi-  
dius: vitta medium memoresque tabe-  
la, Sertaque cingebant, voti argumen-  
ta potentis. Gronov. Trivia] Hip-  
pol. vers. 412. Farnabius.

368. *Maternam*] Vide Herc. Fur.  
vers. 15. *Idem* Cicero lib. 3. Accusat.  
Verrinar. ait Latonam ex longo errore  
& fuga gravidam, jam ad patiendum  
vicinam temporibus exactis fugisse Del-  
on, atque ibi Apollinem Dianamque  
peperisse. Innixam scilicet vel olea-  
stro, vel palmae, ut Homerus tradidit.  
Virgiliius; — *Delon maternam inviſit*  
*Apollo*, Deltius.

369. *Lucina, jubes*] Med. 2. *Farn.*  
Virgiliius Aeneid. 3, hoc Apollini tri-  
buit Lucianus, in dialogo Neptuni &  
Iridis, Neptuno. *Deltius*.

373. *Respuit*] Rejeclat illisos ven-  
tos: quin & ipsa ratibus statio est, olim  
huc illuc acta ut ratis. *Farnabius*.

374. *Tantalidos*] Niobes. Hercul.  
Fur. vers. 389. Oed. vers. 613. & Med.  
vers. 952. *Idem*.

378. *Fundunt*] O' 515 ἐνī Φεργύ-  
δεεργέ λίθῳ ἐγχάντη Μάρμα-  
ρη ἀνι γωνιώς διενεργη καρ-  
ση. *Idem*.

379. *Antiqua novas*] Post hæc ver-  
ba liber optimus, perinde ut tres apud  
Guterum, & membranaceus, quem  
domi habemus, infestunt: lacrima ma-  
esta aeternum marmora manant. Quod  
& alii duo apud eundem referunt, nisi  
quod pro manant habeant mittunt. Pos-  
sunt uspiacari adscriptum oræ usque Ovi-  
dii versum: & lacrimis etiam nunc mar-  
mora manant: inde hac paullum  
immutata in contextum irepsile. Sed  
credam potius, quod fere & Grotius  
in margine notaverat, ipsum au-  
torem ita concepisse: Et adhuc lacri-  
mas mæsta aeternum Marmora manant  
antiqua novas. Nam manare lacrimas  
eruditæ videatur dictum. Gronovius.

381. *Numen*] Apollinem & Dia-  
nam. *Farnabius*.

383. *Nis*

Pater ac rector, fulmine pollens,  
Cujus nutu simul extremit  
Tremuere poli, generis nostri  
Juppiter auctor, cape dona libens :  
Abavusque tuam non degenerem  
Respic prolem.

385

Sed, ecce, vasto concitus miles gradu  
Manifesta properat signa luctitiae ferens.  
Namque hasta summo lauream ferro gerit.  
Fidusque regi semper Eurybates adeit.

390

## ACTUS

383. Nutu ] 'Επ<sup>τ</sup> ὁφένσις γεννητ  
Κεργίαν, &c. μείζων οὐλέλειτεν δέ  
λυπτόν, cuncta supercilio movens.  
Farnabius.

386. Abavusque ] Agamemnonis,  
 cui pater Atreus Iovis nepos. *Idem.*

389. Signa laticiae gerens. ] Immo  
ferens, ut Florent. quia sequenti, gerit.  
Gronovius. *Signa* Victoriam testata  
Græci capiti, hætis, signis, statuis, cut-  
ribus, puppibus laures affigebant, nec  
non literis, foribus, fascibus, &c. Ro-  
mani. *Farnabius.*

390. Lauream ] Romani victoriā  
parte multis rebus laurum alligabant,  
vel præferebant, vel mittebant teste  
Plinii lib. 15. Nat. hist. cap. 30. præ-  
ferebant Imperatori laurea virga &  
fasces laureati, Cicerone teste lib. 2. de  
divinae, Capitolino in Gordiano, mit-  
tebantur ad Senatum laureatæ literæ,  
de quibus Capitolini, in Maxim. Mar-

cellin. Cicero, Ovidius, & alii citati à  
Pierio lib. 50. Hieroglyph. & Lazio  
lib. 2. Comment. cap. 4. ubi docet has  
etiam vocatas *tabelas laureatas*. Sed  
& lictores lauro ornabantur, ut patet  
ex epist. Ciceronis ad Atticum. Mit-  
tebatur ad Senatum *laurea* in Iovis Ca-  
pitolini gremio reponenda. nam Ge-  
riticæ laurea Claudio meminit, Pannonicæ Plinius Iunior, & confir-  
mat Pacatus in Theodosii Panegyrico.  
Redimibantur *hæta lauro*, ut docet  
Papinius, de pietate Abacantii lib. 5.  
Silvar. *Omnia nam lata pilæ atollen-  
tia frondes*. ut expono, lauri. & ad  
hunc morem allusit hic Seneca. Item  
*signa militaria*, ex illo Sidonii, *Atque  
sua ad signa jubet revirescere lauros.*  
Deltrius.

391. Eurybates ] Ithacensis præco  
& nuncius Agamemnonis. *Farnabius.*